



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Tyrannus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**A** etiam apud Philostratum asertum comperi: qui abstemium scribit ita reddi puerum, ut donec vixerit vini odio teneatur, si priusquam ullum vini gustum noverit, Nocturna ova leviter cocta, illi forbilanda propinentur: vini enim odium inde suboriri, quia temperantior hinc fiat naturalis calor.

PATROCINIUM FRUSTRA IMPLORATUM.

CAP. XXII.

**A**ddit his Horus, ut si hominem ad alicujus misericordiam, patrocinii vel salutis causa eventu irritato confugientem, significare vellet, Passerem & Noctuam soliti essent figurare: siquidem ille, vel alia quapiam avicula, ubi aucupis infestas artes declinare studuerit, ad Noctuam confugiat, cujus patrocinio speret se periculum evitare posse: sed enim ibidem intercipiuntur, ubi sibi per fugium adesse propofuerant.

Lib. s. c. c.

TYRANNUS. CAP. XXXIII.

**H**ujus quodammodo generis est Nycticorax, qui tyrannidem significat, ob occultationem scilicet consiliorum, quæ dissimulare potentiores pro magno habent negotio. Huic significato Callimachus ansam dedit, qui tyrannos loqui veluti *αὐτοκρατορες* ait, *αὐτοκρατορες* vero *οἱ νυκτινόρακες* dicti, quasi *αὐτοκρατορες* quod scilicet eorum sermones nocturni plurimi sint, & in arcanis habeantur, uti Nycticoraces noctu plurimum obstrepunt. Et quoniam ales hæc mihi inter lucubrandum obstrepuit minime prætereunda fuit, ut omnem ejus eluderemus.



Hoc est corpus nocturnus, Suidas. Nocturnus est vix simulans ovis nocturnus inquit vocatur. Nycticorax habitas domos fugiens desertas incolit. Noctua edi prohibita.

HYPOCRITA. CAP. XXIV.

**E**am Divinæ literæ inferri mensis non permittunt, quodam hominum genus hieroglyphicum inventus, qui palam strepitum nullum, tumultum nullum, insidias nullas movent, sed hypocrita tristes, omnes mansuetudinis, modestiæ, benignitatisque colorem præ se ferunt, clam vero fornicationes, immunditias, crapulas, ebrietates, & multa humani generis opprobria confectantur: latet enim interdum Nycticorax, noctu vero prodit ad infausta negotia, deque culminibus ædium lethalia quæque meditatatur, & invisum quiescentibus tumultum excitat inauspicatissima.

CHRISTI HUMILITAS. CAP. XXV.

**E**adem vero causa qua Christi humilitatē agnoscimus in humana forma suscipienda, quem scilicet, modo Vermen, modo Scarabeum, modo quid ejusmodi aliud in Divinis literis appellatum comperimus, Nycticoracem quoque nuncupatum Theologi veteres observare, & ipsum inquam, & unumquemque ex iis, qui eum tempore hallucinationis sectabantur: nempe quod tam Christus, quam Christiani, despectui ludibrioque fuerint apud Gentes. Unde Paulus: *Nos Christum predicamus crucifixum, Gentibus quidem stultitiam, Judæis scandalum.* Eoque spectare ajunt Psalmi dictum: *Falsus sum sicut Nycticorax in domicilio;* de quo apud Eucherium. Sunt qui noctuam & Nycticoracem eandem alitem putent, & qui hanc Bubonem esse contendunt: neque tamen desunt, qui Orientalem esse avem autument, nostris parum cognitam, apud quos nominis tantum interpretatio manifestata sit, nocturnus quippe Corvus.

Christus est Christiani Nycticoraces dicti.

Psalm. 102.

DE CORNICE. CAP. XXVI.

**C**ORNICEM ea potissimum de causa noctuæ subjunximus, ut qui summam ex utraque discordiam intelligi ostenderamus, ex altera tantum, quippe Cornice concordiam significari comprobemus: si tamen cur Martem & Venerem per Cornices duas Ægyptii significarent, ostendi prius curaverimus. Ex alitis hujus factu duo tantum ova oriri compertum est, inde autem & marem & foemina

Auctore Ovid. lib. 1. Metam. Mars & Venus per duas Cornices.